

*B. C. D.*  
COLLEGII FEVDALIS  
*AD*  
*B. STRYCKII EXAMEN JVRIS FEVD.*

CAP. XX.

DISPVI. XI.

*DE*

SPECIALI JVRIS FEV-  
DALIS ALTERO  
FEVDI ALIENATI REVOCATIO-  
NEM NVNC TANGENTE  
IN ALMA NORICORVM

*P R A E S I D I O*  
*S V B*

D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.  
PLACIDAE AVDITORVM DISQVISITIONI  
PROPOSITA

*AD. D. X. CAL. NOVEMB. A. O. R. cIo Icccxxv.*


*A*

IOHANNE PAVLO PAVMGARTNERO  
AB HOLLENSTEIN ET LONERSTATT.

*ALTDORFI*

LITERIS IODOCI GUILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.

*2€*  
*A2*



## THESIS I.

**S**Extum negotium feudale,  
quod nunc in nostro altero spe-  
ciali juris Feudalis perpenden-  
dum occurrit, est feudi a vasallo  
licite alienandi vel alienati Re-  
vocatio, die Wiederruffung auf  
Vereußerung stehenden und Vereußerten Le-  
hens. (a)

(a) B. Stryck. E. J. F. c. 20. q. 1. § seqq. Ant. diss. feud. 10. tb.  
1. § seqq. Struv. S. F. c. 13. apb. 15. Tit. in Z. L. R. c. 17.  
per tot. Th. II.

Licet alienatio feudi vel sub consensu do-  
mini vel agnatorum, vel vi pacti, statuti atque  
consuetudinis facta, satis licita existimanda ve-  
niat, tam firmam tamen eandem non putamus,  
quin non possit jure vel protimiseos, vel retrac-  
etus feudalis, durch Näher-Geltung / Einstand  
oder Abtrieb / vel jure successionis, mittelst Erb-  
und Lehens-Folge, retractari atque irritari. (a)

(a) Stryck. E. F. cit. c. 20. q. 3. Ant. diss. feud. 10. tb. 1.  
Horn. J. P. F. c. 20. §. 2.

Th. III.

Plerumque equidem revocationem feudi,  
quæ sit jure protimiseos & jure retractus, con-  
fundunt, sed utrumque jus maximopere eo di-  
screpare certum est, quod illud jus nimirum

protimiseos, das Einstand Vorkauff und Náher-Recht / contractum alienationis cum alio coep-  
tum perfici prohibeat , & cum offerente idem  
pretium & eandem conditionem ut potius ce-  
lebretur, exposcat, hoc autem jus retractus, das  
Abtrieb und Wiederkauffs-Recht / feudum actu  
alienatum a posessore , refuso pretio recupe-  
ret. (a)

(a) B. Stryck.c. 20. q. 3. § 4. Ant. disp. feud. 10. tb. I.  
lit. d. Horn. Jurispr. feud. c. 20. §. 20.  
Th. IV.

Sicuti vero ille , qui jus protimiseos non exer-  
cuit , jure retractus uti haud prohibetur ; (a) ita  
utrumque agnatis vel simultanee investitis pro-  
ximioribus competere, imo jus protimiseos nec  
domino feudi denegandum esse, autumamus,  
der Lehen-Herr hat in denen Güthern / die von ih-  
me zu Lehen röhren / den Vorkauff. (b)

(a) Ant. cit. d. sp. 10. tb. I. lit. d. (b) Horn J. P. F. c. 20.  
§. 2. 3. atg. 10. Tit. in S. L. R. c. 15. S. 8. § 9.  
Th. V.

Illi quibus vel jure protimiseos aut prælatio-  
nis vel retractus feudi revocatio competit, hoc  
ce suo jure quæsito libere quidem, etiamsi em-  
tor feudi ante revocationem feudo ob feloniam  
sit privatus, utuntur; Ast id extraneo cuidam  
minime cedi, & licet istud jus eo duntaxat in-  
trodu-

32(1)80

---

troductum, ne feuda e familia & genere abeant; tamen contra ipsos adeo agnatos remotiores a proximioribus id æq; exerceri posse statuimus, ac ipsi remotiores hoc jus a proximioribus repudiatum , valide exercent, ita tamen, ut representationis jus, das Eintritts-Recht heic non excludatur. (a)

(a) Ant. diff. feud. 10 tb. 1. lit. e § 9. Struv. S. F. c. 13.  
tb. 22 § 5 S. Civ. tb. 55. Horn. J. F. c. 20. tb. 2. Tit.  
in L. L. R. c. 15. §. 16.

Th. VI.

Vtut prælationis & retractus jus solummodo in venditione & datione in solutum , in Rauff- und Alffter Zahlung / non etiam in permutacione, aut donatione sine fraude juris retractus facta, locum habeat , & intra annum exerceri debet ; tamen huncce annalis temporis lapsum nec ignorantis feudi alienati traditionem, nec oblationem feudi ad emendum sine emtoris & conditionum contractus denominatione recusanti nocere, aut umbrinus. (a)

(a) 2. F. 26. §. Titius. Stryck. E. F. c. 20. q 6. § 18. Struv.  
S. F. c. 13. apb. 21. Horn. J. P. F. §. 9. § 14.

Th. VII.

Jure delatae successionis licite antea alienatum feudum revocatur quidem alienatore mortuo , & successionis jure ad proximum ag-

A 3 natum

natum vel coinvestitum devoluto ; sed nullo refuso pretio emtionis , & solummodo agnatis atq; simultanee investitis hæcce revocatio conceditur, filiis autem nunquam ea permittitur.(a)

(a) 2. Feud. 45. Struv. S. F. c. 13. apb. 16. n. 5. § 22.  
Ant. diff. feud. 10. tb. 4. lit. d. Horn. J. F. c. 20. tb. 7.  
Th. VIII.

Licet ejusmodi revocatio feudi sine refusione pretii, ohne Entgelt movenda veniat; nihilo secius tamen emtori & possessori feudi regressum contra alienantis hæredes suppetere censemus. (a)

(a) B. Stryck. E. F. c. 20. q. 8. § Struy. S. F. c. 13. tb. 16.  
Th. IX.

Vtut jus feudum alienatum jure successionis revocandi tribuatur agnatis omnibus , imo etiam simultanee investitis, ast non simul omnibus, sed proximioribus & in pari gradu constitutis , nec non cuilibet duntaxat pro sua portione , & non in solidum , nisi revocatione a reliquis repudiata, & remotioribus jure & ordine & successionis demum ad eosdem devoluto , istud competere ducimus. (a)

(a) Ant. diff. feud. 10. tb. 5. lit. n. Stryck. E. F. c. 20. q. 9.  
13. § 14. ibique Winziger. Struv. S. F. c. 13. tb. 17. n. 2.  
Th. X.

Sicuti indoles feudi absolute & mere hæreditarii

tarii revocationem impedit, ita quoque consensum agnatorum & characterem hæredis assumtum eandem pariter excludere censemus, sed non consentientibus (quo & pupilli minoris que, licet eorundem tutores ac curatores consenserint, pertinent) nec non remotioribus agnatis, a proximioribus repudiatione sui juris non in favorem possessoris facta, liberam & præsentem revocandi facultatem superesse jure statuimus. (a)

- (a) Ant. *diff. feud.* 10. *tb.* 6. Stryck. *c.* 20. *q.* 13. § 146  
Struv. *S. F.* *c.* 13. *tb.* 7. *n.* 2. *tb.* 19. *n.* 5. § *tb.* 20.  
Tit. in *Z. L. R.* *c.* 17. *§.* 34. § 41.  
Th. XI.

Agnati & simultanee investiti ad consensum feudi alienationi accommodandum non coguntur quidem, sed posteaquam semel consenserent, consensum suum nec amplius reclamare, nec filii eorundem illum impugnare posse arbitramur. (a)

- (a) Stryck. *E J F.* *c.* 20. *q.* 15. § *ibidem* Struv. *ibique*  
Winzig. Struv. *S. F.* *c.* 13. §. 19. *n.* 6. Tit. in *Z. L.*  
*R.* *c.* 17. *§.* 48.

Th. XII.

Licet quidem revocanti actio revocatoria feudi alienati jure successionis satis quæsita sit; excluditur tamen eadem tacito consensu

XXX

XXX annorum lapsu inducto , præscriptione nempe, wegen Verjährung/æque , ac memorato supra expresso consensu , si jus revocandi ad se delatum, hoc intra spatium non exercuerit , wenn Er nemlich binnen solchen 30. Jahren die Vereußerung nicht angefochten.

Tit. in *S. L. N. c. 17. §. 15.* Struv. *S. F. c. 13. tb. 18.*

Th. XIII.

Negligentia haec in feudo alienato non revocando commissa , ipsi agnato negligenti ejusque filiis duntaxat nocet , sed remotiori eandem non ab alienationis , sed demum delatae sibi successionis tempore obesse , & se rem hanc non aliter in feudis Imperii quoque habere, existimamus. (a)

(a) Stryck. *E. J. F. c. 20. q. 20.* Tit. in *S. L. N. c. 17. §. 53.* & seqq.

Th. XIV.

Agnatos contractum subscibentes simul in alienationem consentientes judicari minime putamus. (a)

(a) Ant. *diss. Feud.* 10. *tb. 6. lit. b.* Struv. *S. F. c. 13. tb. 19.*



Alt dorf, Diss., 1715

ULB Halle  
004 754 719


3



f

TA → OL nu Aschaff

Vb  
18



B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches



2€ NZ

B. C. D.

COLLEGII FEVDALIS

AD

B. STRYCKII EXAMEN JVRIS FEVD.

CAP. XX.

DISPVT. XI.

DE

SPECIALI JVRIS FEV-  
DALIS ALTERO  
FEVDI ALIENATI REVOCATIO-  
NEM NVNC TANGENTE  
IN ALMA NORICORVM

SVB

P R A E S I D I O

D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.  
PLACIDAE AUDITORVM DISQVISITIONI  
PROPOSITA

AD. D. X. CAL. NOVEMB. A. O. R. cI*o* I*cccxxv*.

IOHANNE PAVLO PAVMGARTNERO  
AB HOLENSTEIN ET LONERSTATT.

ALTDORFI

LITERIS IODOCI GUILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.